



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae  
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros  
distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius  
Coloniae Agrippinae, 1674**

V. Ad eundem. In ea mihi parte.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**

## 6 D. HIERON. EPIST.

becillitas oculorum meorum ferre sustineat. Il-  
modò se lavit, & mundus est, & tanquam nix do-  
val  
Hieronij-  
anis. mor. albatus: ego cunctis peccatorum foribus inqui-  
reddere novissimum quadrantem. Sed tame-  
Ps. 145. quia Dominus solvit compeditos, & super humi-  
Zsa. 66. lem & trementera verba sua requiescit, forsitan  
Iordan. II. mihi in sepulchro scelerum jacenti dicat, Hiero-  
nymus, veniforss. Sanctus presbyter Evagrii  
plurimum te salutat, & Martinianum frarrei  
juncto salutamus obsequio, quem ego videre de-  
siderans, catenâ languoris inuestor.

V. Hieronymus eidem Florentio, Ad scriben-  
dum hortatur amicum, & mitti que-  
dam postular.

**I**N ea mihi parte eremii commoranti, quæ jux-  
Syriam Saracenis jungitur, dilectionis tuæ ci-  
ptæ perlata sunt. Quibus lectis ita reaccensus d  
animus Hierosolymam proficisciendi, ut penè no-  
cuerit proposito, quod profuerat charitati. Nun-  
igitur quomodo valeo, pro me tibi literas repra-  
sento: et si corpore absens, amore tamen & spiri-  
tu venio, impedio exposcens, ne nacentes ami-  
citias, quæ Christi glutino cohæserunt, aut tem-  
poris, aut locorum magnitudo divellat, quin po-  
tius federemus eas reciprocis epistolis. Illæ in te-  
nos currant, illæ sibi obvient, illæ nobiscum lo-  
quantur. Non multum perditura erit charitas,  
tali secum sermone fabuletur. Ruffinus autem  
frater, ut scribis, necdum venit: & si venerit, no-  
multum proderit desiderio meò, cum eum ja-

visu

visurus non sim Ita enim & ille longo à me inter-  
vallo separatus est , ut huc non possit excurrere:  
& ego arreptæ solitudinis terminis arceor , ut  
caperit jam mihi non licere quod volui. Inter-  
pretationem quoque Psalmorum Davidicorum,  
& prolixum valde librum de Synodis sancti Hi- *Liber*  
larij , quem ei apud Treviros manu mea ipse *Hilarij.*  
descripsoram , ut mihi transferas, peto. No-  
sti hoc esse Christianæ animæ pabulum , si in  
lege Domini meditetur die ac nocte. Cæteros  
holpitio recipis, solatio soves, sumptibus jnvas.  
Mihi si rogata præstiteris , multa \* largitus es. \* *alias*  
Et quoniam largiente Domino multis sacræ bi- *cunctæ.*  
bliotheçæ codicibus abundamus , impera vicil-  
sim : quodcunque vis, mittain. Nec putes mi-  
hi grave esse , si jubeas. Habeo enim alumnos, \* \* *alias,*  
qui antiquariæ arti serviunt. Neque verò bene- *qui anti-*  
ficium pro eo, quod polliceor, postulo. *que me*  
*avis est.*

VI. Hieronymus Antonio Monacha, commendans hu-  
militatis virutem, & illum ad scribendi offi-  
cium provocans.

Dominus noster humilitatis magister , disce-  
plantibus de dignitate discipulis , unum ap- *Matth. 18o*  
prehendit è parvulis , dicens : Quicunque ve-  
strum non fuerit conversus sicut infans , non po-  
test introire in regnum cœlorum. Quod ne tan-  
tum docere , nec facere videretur , implevit ex- *Christi*  
emplo , dum discipulorum pedes lavat , dum tra- *humili-*  
ditorem osculo excipit , dum loquitur cum Saman- *itas.*  
ritana , dum ad pedes sibi sedente Mariâ , de cœlo- *Ian 33.*  
sum disputat regno , dum ab inferis resurgens pri- *Matth. 26.*  
B 3 *relatum*